

quid mirum. si non peccauit sola divinitas. cum peccan-
ti incentua non habeat.

X.

Si autem solus exorsus peccati de omnibus utique creatura
mutabilitate sui ut diximus. obnoxia potest esse peccato.
Dic igitur. quicumque spiritus sancti diuinitatem negas. spiritus au-
tem obnoxius non potuit esse peccato. qui magis pecca-
ta donat. Numquid angelus donat. numquid archan-
gelus. Non utique. sed donat solus pater. solus filius. so-
lus spiritus sanctus. Nemo autem potest donare. quod non potest
habere. Sed fortasse dicit aliquis. quia et serafim dixit
esaiæ. Ecce tetigist hoc labia tua. et auferet iniquita-
tes tuas. et peccata tua circum purgabit. Auferet in-
quit. et circum purgabit. Non ego auferam. sed dignus
ille dealtare domini. hoc est gratia spiritualis. Quid enim
aliud pie intelligere possumus. in altare domini esse. nisi
spiritus gratiam. Non utique. lignum siluarum. nec fuligi-
nem atque carbonem. Aut quidam pius. quia ut se-
cundum mysterium intellegamus. Quia reuelatur
in ore esaiæ. omnes homines per passionem Christi esse
purgandos. qui uelut carbo secundum carnem ex-
vissit nostra peccata. sicut in racharia habes. Non